



fuerit parabole cuius structim deductæ possint ad a g. ipsa parabole ibit per h. per constructionem atq; per cõuersionem quinti aut sexti elementi conici. quoniã per propositionem xvii. libri vi. ele. Eu. quod est sub f a g. æquale est ei quod est ex a h. Describatur itaq; parabole hæc per elementum conicum xi. sitq; f h l k & per b traducatur ipsi a b. ad rectos angulos b k. secans parabolen f h l k. in k signo. Et per g circa non coincidentes f b k. p xxi. elementum conicum describatur hyperbole g l. quæ nimirum secabit parabolen inter h k. secet igitur in l. & ex l. in a b. perpendicularis ducatur l m. & per g l. ipsi a b. paralleli agantur g n. l x. Quoniã igitur hyperbole est g l. non coincidentes autem a b k. Et paralleli ipsis a g n. sunt ipsæ m l x. igitur æquale est qd sub a g n. ei quod sub m l x. per octauum theorema idest præceptum secundum lib. Apollonii conicorum elementorum. seu p xxii. ele. libelli de elementis conicis. Atqui g n. ipsi a b. est æqualis l x. autem ipsi m b. ergo quod sub l m b. æquale est ei quod sub g a b. Et quoniã per propositionem xvi. lib. vi. ele. Eu. Quod sub extremis est æquale ei quod sub mediis quattuor rectæ lineæ sunt proportionales. est igitur vt l m. ad g a. ita a b. ad b m. Et vt igitur